



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

Tanner, Adam

Ingolstadii, 1626

Index Disputationis V. De Angelis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72856)

INDEX DISPUTATIONIS V.

DE ANGELIS.

Quæstio I. De existentia & productione Angelorum; eorumque substantia, varietate, & numero.

Dubium I. An dentur in rerum natura Angeli; & a quo, quando, & ubi sint producti.

II. Sintus Angeli corporei, an plane incorporei.

III. Vtrum Angeli natura sua sint corruptibiles, vel incorruptibiles; atque etiam entia necessaria.

IV. Vtrum Angeli sint substantia intelligentes, & quidem homine superiores.

V. Quot sint hierarchia & ordines Angelorum; & an, ac qua ratione inter se specie ac numero differant.

VI. De multitudine Angelorum; & speciatim de septem Angelis, qui a stare dicuntur coram Deo.

Quæstio II. De loco & motu locali Angelorum.

Dubium I. An, & quo modo generatim Angelus sit in loco extrinseco.

II. An habeat etiam aliquod ubi intrinsecum, & quale; & an etiam necessario sit in loco.

III. Per quidnam formaliter sit in loco.

IV. Vtrum Angelus simul possit esse in pluribus locis; an potius necessario sit in uno tantum loco; & quidem sibi adequato, certone modo figurato.

V. Vtrum plures Angeli simul esse possint in eodem loco, etiam adequato.

VI. An, & qua ratione generatim Angelus possit moveri localiter, & quidnam motus localis ei superaddat, aliquidne intrinsecum, an solam denominationem extrinsecam.

VII. Vtrum Angelus possit moveri ab extremo ad extremum, seu quod idem est, ad locum distantem, sine transitu per medium.

VIII. De velocitate motus Angelici; & speciatim an & qua ratione Angelus moveri possit in instanti, maxime ad locum distantem.

Quæstio III. De intellectu & cognitione Angelorum.

Dubium I. Quid & quomplex sit intellectus Angeli, quid, ipsius intelligere.

II. De medio cognitionis Angelica, seu speciebus intelligibilibus: an nimirum, unde, quot, & quales species intelligibiles habeant Angeli.

III. De obiecto cognitionis Angelica naturalis, respectu rerum immaterialium: an nimirum & quomodo Angelus naturaliter cognoscat, tum Deum, tum se ipsum, tum etiam alios Angelos.

IV. De obiecto cognitionis Angelica naturalis, respectu rerum materialium, tum possibilem, tum actum existentium, vel etiam preteritarum, aut necessario futurarum.

V. An & quomodo Angeli cognoscant futura contingentia.

VI. An & quomodo Angeli naturaliter cognoscant actus internos aliena mentis & voluntatis, seu cordis.

VII. De obiecto cognitionis Angelica respectu rerum supernaturalium.

VIII. De modo cognitionis Angelica; an scilicet ea cognitio sit semper in actu secundo; & quidem plurimum aut omnium obiectorum simul; an etiam discursiva, vel habitiva, aut errori obnoxia.

Quæstio IV. De voluntate; deque locutione & illuminatione Angelorum, velut actibus communibus intellectui ac voluntati Angelica.

Dubium I. An, & qualis voluntas sit in Angelo, an eandem speciei cum humana, an respectu obiectorum libera, vel necessaria, an aliquando indeliberata, & quid de naturalibus habitibus Angelica voluntatis sentiendum.

II. Vtrum voluntas Angeli sit natura sua immutabilis, ac inflexibilis ab eo, quod semel elegit.

III. An, & qua ratione Angeli inter se loquantur.

IV. An, & qua ratione, & de quibus rebus inter Angelos unus alterum illuminet.

Quæstio V. De Angelorum potentialo loco motiva, seu operativa transeunte; siue de operationibus eorumdem ad extra.

Dubium I. An, qua, & qualis potentia loco motiva, seu operativa ad extra sit in Angelo; an ab intellectu & voluntate distincta; an etiam activa in distans, & miraculorum operativa.

II. Quas res Angeli loco movere possint; an non solum substantias corporeas, sed etiam incorporeas, & quo modo.

III. Quid particulatim de translatione sagarum ad conventicula diabolica sentiendum.

IV. An etiam sit in Angelo naturali vis seu potentia productiva alicuius substantia, vel qualitatis; & quid speciatim de conversione sagarum in varias formas animalium, tempestatumque nozarum concitatione sentiendum.

V. An & qua ratione possint Angeli assumere corpora, & per ea actiones vitales exercere.

VI. An & qua ratione generalem ordinem & statum huius mundi immutare, rerumque naturalium efficiantiam suspendere vel impedire possint.

Quæstio VI. De bonitate & malitia, merito & demerito; premio & poena, statu beatitudinis & damnationis; studiisque & functionibus bonis & malis Angelorum.

Dubium I. Vtrum omnes Angeli fuerint creati in gratia, & an propria dispositione, quæ mensura vel proportione eam acquisuerint.

II. De via Angeli boni, qua nimirum ratione, quot, & quibus instantibus pervenerint ad gloriam.

III. De via & lapsu Angeli mali, ac speciatim quando, quinam, cuius suavis, quo ordine, & quoniam Angeli peccarint.

IV. Qualem fuerit, aut esse potuerit primus Angelorum peccatum, tum ex parte obiecti, tum ratione subiecti.

V. De statu demonum quantum ad naturalia, speciatim qua sit causa obdurationis demonum.

VI. De statu demonum, quantum ad eorumdem penam, speciatim qua ratione, quando, & ubi, per ignem puniantur.

VII. De pravis demonum studiis & infestationibus, ad homines seducendos & perdendos.

VIII. De praesidio, ministerio, & custodia bonorum Angelorum, erga homines, aliasque res creatas.